



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 80. Pontifex ad Quesneli librum nova Constitutione damnandum a Gallis sollicitatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

si Sacræ Sedis iudicium præcoci sententia prævenire auderet: Instat denuo Rex, a Noaillo postulans, ut sincere desuper mentem suam aperiat: Hic vero reposuit, vereri se, ne in reflexionibus ea, quæ Pontifex approbat, damnaret, & eas propositiones, quas hic rejicit, tanquam orthodoxas approbaret, nil ergo tutius fore, quam Pontificis iudicium præstolari, cui se plene subjecturus esset.

Sæc. XVIII.
A. C. 1711.

§. LXXX.

Pontifex ad damnandum Quesnelli librum sollicitatus.

Postquam igitur Noaillius Cardinalis five sicte & simulate, five ex animo in Pontificiam decisionem contra reflexionum librum a Papa petendam consenserat, Ludovicus Rex juncta cum Delphino opera hunc librum apud sacræ Sedis Tribunal deferre constituit, hancque in rem die duodecima Decembris Tremollo Cardinali Romæ agenti negotium dedit, ut Regis nomine a Papa Constitutionem peteret, qua Quesneli errores, ejusque reflexiones censuris perstringerentur. Conficitur igitur in Galliis libellus supplex hac super re Pontifici porrigendus, in quo tamen eidem insinuat, ut suam

Limiers t. 3.
pag. 500.
Mem. Chronol. & Dogmat.

Sæc. XVIII. Constitutionem ad normam Bullæ, quæ
 A. C. 1711. incipit: Vineam Domini, instrueret, &
 clausulas: *ex plenitudine potestatis, ex
 certa scientia, motu proprio*, utpote Gal-
 licanis libertatibus contrarias omitte-
 ret, nec damnati libri exemplaria igni
 tradi præciperet, ac denique ad Ale-
 xandri VII. exemplum disertis verbis
 explicaret, quod ad *suæ Majestatis pre-
 ces, plurimumque Franciæ Episcoporum sol-
 licitationes* hanc Constitutionem edide-
 rit. Insuper petiit Rex, ut Papa
 hanc Bullam publici juris non faceret,
 nisi prius in Franciam illius formulam
 transmisisset. Acceptis hisce manda-
 tis Tremolius Cardinalis cum Cardi-
 nale Fabronio contulit, a quo edoctus
 fuerat, quod PP. Tellierus & Auben-
 tonus jam ante bimestre Pontificem ad
 Quesneli librum ejusque doctrinam nova
 Constitutione proscribendam sollici-
 tasset.

§. LXXXI.

*Pastoralis Catechismus a Meldensibus
 Episcopo editus.*

Vit. Card. Jam dudum Ludovici Galliæ Regis
t. 7. p. 203. necnon Delphini Zelum ac studium
Epist. Clem. in extirpandis Jansenii doctrinis accen-
XI. p. 1630. derat Henricus Bissyus Meldensis Epi-
 scopus; postquam enim P. Rouvierus
 Ord.